



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

17. Septembris. Meditatio, & cum Deo communicatio liberæ naturæ vires  
stringit, & impetus frænat. S. Ignat. apud Lyræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



mior, qui humano consilio ducitur, nititur super arundine; cadet cum labili.

Si prima in suscipiendis negotiis cura Deus est, tum omnia ibunt secunda; ubi ab hac pharo navis deviat, naufragium expectet. Portum, quem designabat, non attinget.

## 17. Septembris.

*Meditatio, & cum Deo communicatio liberatur a vires stringit, & impetus frangit. S. Ignat. apud Lyræ.*

**D**omantur leones, mitescunt tygrides, ferrum flectitur; nulla vis est, quæ domare hominem possit. Ars in hoc, & natura deficit. Orationi hæc debetur gloria, quòd sit animorum domina, sola hos, quòd vult, inflectit.

Ut à rudi, ac informi gleba fornaci injecta purissimum effluit aurum, ut è terrea mole ignis beneficio crystallus coquitur: sic terrenus, & animalis homo per orationem depuratus in alium commutatur.

Si pauci sunt mortificati, pauci Dei spiritu pleni, non divinæ adscribendum est illiberalitati; sed quia pauci sunt, divinæ per orationem conjunctionis amantes.

Ora



Oratio schola est, inde hauritur spiritus,  
 corrigitur natura, inolita frangitur con-  
 suetudo, accenditur tepor, discitur virtus.  
 Utinam multos numeret discipulos!

18. Septembris.

*Si vis in amore proficere, loquere de amore.*

*Ut enim flammam ventus, sic pia collo-  
 quia suscitant charitatem. S. Ignat. Epist.*

15. April. 1543, datâ.

**D**E dilecto nunquam satis cogitatur,  
 nec dicitur: qui tacet, non amat; de  
 eo, qui diligitur, nec materia loquendi de-  
 est, nec voluntas. Hæc eloquentia non te  
 docetur, sed naturâ.

Ex abundantia cordis os loquitur.  
 Quàm parum ignis in sinu abscondi, aut  
 odor cinnami celari, tam parum amore re-  
 condi potest. Ut ille calore, iste odore, sic  
 affectus per os se exerit.

Amor omnium quidem artium magi-  
 ster est, maximè tamen eloquentiæ; mutus  
 esse nescit, bene conscius, ut ignem sine  
 folle facilè in foco, sic absque mutua re-  
 novatione affectus in corde frigescere.

Loquere juvenis, ut noscam te? quem  
 vitrum liquorem contineat, odore prodit,  
 Pro